

Coj 39.

612390

BARTHOLEMÆI
FRENCELII CO-
THENI.

Eucharistica

Vel

PRECES ET
GRATIAE AD
Christum, & laudes An-
halto dedicatæ.

WITTEBERGÆ

Ex Officina Cratoniana.

ANNO M. D. XC.

Rec. von, seine pietas, Uistals, a ipis pharisi
D. M. Joh. Rudolpho deo suo

5

58





ILLVSTRISSI-
MO PRINCIPI, AC
DOMINO, D. IOHANNI
GEORGIO, *Principi Anhal-
tino, Comiti Ascania, Domino
in Seruesto & Bernbur-
go, &c.*

HAS ECLOGAS

Fidei, & perpetuæ gratitudi-
nis ergò

BARTHOLEMÆVS
FRENCELIVS COTHE-
nus dedicando consecrauit,

ANNO

M. D. XC.

ECLOGA PRIMA,

Votum seu preces.

Chorus Scholasticus.

Pro felici
itinere, con-
iugio, &
reditu Il-
lustrissimi
Principis
ac Dn. D.
IOACHIM-
MI ER-
NESTI,
Principis
Anhaltini,
Comitis
Ascania,
Domini in
Seruesto,
Bernburgo
&c. secun-
dò contra-
hentis ma-
trimoniū
&c. Anno
1570.



CHRISTE, salus mundi, summi Pat-
tris inclyte fili,
Qui mundum certis solus moderaris
habenis:
Nos mundi fines, nos hac contingi-
mus arua,

Nos terrā hanc colimus: Tu Christe, colamus & illā
Lata pace, tui das nobis dogmata VERBI,
Iustitia has terras implet, has pace serenas,
Atq; patrem patria, lugentem cara suorum
Funera, respirare doces, & sistere fletus.

CHRISTE, salus mundi, summi Patris Unice fili,
Tu pia tu nobis facis hac facis oia nobis.
Nanq; utrunq; potes: das Vulnera, Vulnera sanas,
Orco demittis, rursumq; reducis ab Orco:
Et tamen es nobis semper Deus, atq; Sacerdos
Sanguine spontē tuo sanctam crucis imbuis aram,
Ipse pius audire preces, Et cernimus, ardes.
Et facis, Et genitor tuus has quoq; pondus habere,
Fundere si volumus, patrio permittat amore.

CHRISTE, salus mundi, summi Patris Unice fili,
Non equidem tibi, debe mus quas solvere, grates
Solvimus, at grates, grato, quas possumus, ore
Solvimus, & grati tua munera, praestita nobis,
Tam sacra miramur magis: an non vndiq; totis
Turbabamur agris? an non Dux ipse tenellos
Filiolos inter, carissima funera fratris,
Consortis thalamiq; ager multo umbre rigabat
An non ducebant fletus, Rhamburgq; & Anhaltus?
Attamen hos inter fletus, suspiria & inter,

Spena

Spem nobis aura melioris, CHRISTE, relinquens,
Ipse Ducis nostro, sortis Ducis ipse misertus,
Consortem rursus, de sanguine stemmatis alto
Virtcnbergiaci natam, lato omine, lato
Fœdere concilias, si mens non ista loquetur
Sæpius ista, (sacras memini hoc prædicere leges,
Sapè sinistra prement nos fata, miserrima fata.
Sapè loquamur ut hæc, IESV da maxime nobis.

CHRISTE, salus mundi, summi Patris Vnice fili,
Oram, quam monstras, iam visere maximus Heros
Molitur: monstrata sequi loca nonne putaret
Cælitus? huic rectas da possit tramite recto
Ire vias: hunc, CHRISTE, tui statione ministri
Inuicta excubijs cingant, absoluat ut illud
Tutus ab insidijs cunctis iter, & bene tutus,
Quem tua dextra regit, placidè, ceu sapè videmus
Pastores ouium placidos deducere cætus,
Sic tibi fidentes, sic agmina sancta tuers
Nosti, sic placidè miseris succurrere nosti.
Vcrum tantum ipsis stygis inuidus inuidet anguis,
Quantum sapè solet teneris lupus horridus agnis,
Nam qua tanta tibi, IESV, sit cura regendi
Sanctorum gressus, pulcra sub imagine monstrat
Isacides: an non fugientem immania fratris
Arma regis, gestas, patris & contegis vtrius?
Te solo aligeros iuvenes dante aspicit alta
In scala, ascensu superantes sidera cæli,
Irriguus postquam languentem somnus habebat.
Aspicit hos: quin ipse astas in vertice summo
Scala, quin placidis solaris vocibus ipsum,
Postquam tecta Patris consueta, Labane relicto,
Reppetit, in somnis patris crudelia corda
Ipse domas, iras ut ponat, ut imperet ira,
Cumq; suis saluum Isacidem dimittat: Ecce
Non erat huic spes vindictæ, non cura nocendi,

A S Quam

Quamuis multa suis exiret copia septis,
Atq; ingratus opes iam fato amitteret amplas;
Isacida grauis are domum mox dextra redibat.
Miramur, turba Isacidum quæ tempore lucis
Monstrârit nubes iter: ignis & alta columna
Signârit conspecta viam noctu, aere pendens:
Hic Deus hic aderat, sibi qui fida agmina ducit,
Quem sanctus Moses, ipsi quem pectore sancti,
Ipsa hæc quem Iudæa cohors in Gota vocabant.

Christe, salus mundi, summi Patris Unice filii,
Iam finita Via est, iam Dux, & nobilium grex
Ecce loco sistunt iusso, iam fœdera casta
Coniugij fiunt, ERNESTO, Principe gentis
Ascania, Sponso, Helionora Principe Sponsa.
Quid facimus? neq; nunc etiam tacuisse licebit
Et tam præsentem Diuum implorare fauorem.

Fac, Pater, hos thalamos dulces, sis pronubus ipse,
Te duce, non alio duce fœdera dulcia fiunt,
His age responsum des ipse petentibus: ambo
Crescite, & hæc terras implete nepotibus, ambo
Crescite, & omne genus pecudum submitte vobis.

FORTVNATUS is est, qui te sic auspice crescit,
Hoc veluti Psalter pletræ demonstrat eburno.
Fortunatus, ait, sua & illi rura manebunt,
Qui sibi magna satia, quamuis obstacula multa
Obiciat Demon, obducat & omnia iuncis
Cocytis, statuit sacra iussa, Deiq; timorem.
Nil ipso deerit, tentabit hic omnia felix,
Nec dira ipsius menses contagia ludent.
Fortunatus is est, hic inter limina nota
Et proprios fontes requiem captabit amicam.
Hinc sibi, quod socia à, vitam referente, cubile,
Piliolis multis ornatum, & pignore multo,
Sæpè animo lato suadebit adire Penates.
Hinc propria sub sede suos florere nepotes

Gaude

Gaudebit, ramis semiles pallentis oliua :
 Nec teneri ad mensas deerunt, pia cura puelli,
 Nec vagire infans cessabit ab ubere matris.
 Antè alios tali cumulantur sorte pudici,
 Atq; pijs: ornantur, sed non sine numine, spurcos
 Antè, pererratis terra quos finibus agros
 Aut pax, aut celer ignis habet, vel fatifer ensis,
 Labitur ipsorum Diuum dum pectore vultus.
 Hinc ad te, Coniua Canam qui letus adibas,
 Cum socijs caris, Et matre, Venimus IESV,
 Et penitus roto tua numina voce rogamus.
 Hic etiam mutes Acheloum, ceu potes, vndas
 Coniugijq; bonus veritas in dulce Lycaum.
 Quis sine te letos unquam, quis tempore nostro,
 Huius ubi tuguri culmen sublime ruinam
 Iam iam cum sonitu trahet, admiratur amores?
 Nonne habet hac odio, licet optima vincula, Damon?
 Mundus Et has tadas: en quo lasciuia multos
 Perduxit miseros? en quèis hac vincula cura?
 Assere tu, pie Christe, pios, dic ordine castos:
 Esto, manete mei, felix genus, este lepores.
 His quoq; succurras, Patris ardor, Prolis et ardor,
 Fœdere qui firmo benè pectora casta maritas:
 Sic longum vnanimis viuent, sic ambo videbunt
 Pignora multatori: Sic te duce tempus in omne
 Hac domus Ascania florebit flore perenni.
 Ardet abire iterum Princeps, Et visere terras
 Ascanias, intraq; suas requiescere terras.
 Hunc ergo saluum cum coninge, Christe, reducas,
 Hunc tutum patrio (potes onus) limine siste,
 Illius Et vita longissima porrige secla,
 Nobiscum queat ut multas requiescere noctes
 Sede super patria: sunt à te mitia secla,
 Longanq; Duces, Et late copia pacis:
 Et si vota Deum, cæli si culmina tangunt,
 Vbertora cadunt alti de culmine cæli.

ECLOGA SECVNDA.

Eufrasia.

In obitum
Illustris. &
S. foeminae
D. Hagnae,
Principis
Anhaltinae
natae ex
Barbiciensi
Comitum
stemmate
Illustris &c.
Coniugis
Illustrissi-
mi Princi-
pis ac Dn.
D. Ioachi-
mi Ernesti,
Principis
Anhaltini
&c. Anno
1569.



Scania Dux, Ernestus fortissimus
Heros,
Hagnen flagranti consortem ardebat
amore,
Deliciasq; suas. hanc unam uno ore
Vocabat,

Nec quid in his terris maius, quod amaret, habebat.
Tantum inter morbos, ceu fidus amicus, ad ipsam
Assidue Veniebat, & huic tristissima soli
Vota sua exponens, gemitus cumulabat acerbos.
O Deus, alme parens, haec qui mortalia curas,
Qui placida pressos fulcis ope rebus in artibus,
Tu nostri miserere, meam nec desere, CHRISTE,
Consortem, quam fata morti iam deniq; cogunt,
Nunc eius tristes populantur corpora morbi,
Nunc teneros etiam infestat vis morbida Vultus,
A tropos, & nigra quod sic Voluere sorores,
Fila manu celeri, fatalia stamina rumpit.
At mecum nostra mala tanta, pericula tanta,
Luce sub hac querulis plorate Vlutatibus ades.
Nonne fuit satius VVolsfgangum occumbere morti
Quatuor ante annos & non te Francisce Georgi,
Quamuis ille senex, quamuis tu iunior esses?
O dolor, & gemitus, nimio succumbo dolori,
Tu mea vita cadis, tibi Vincula nigra leguntur,
Despicis hunc mundum, nec queris, quis sit hic Orbis,
Quam sit diues opum, quam gloria manis abundans,
Fastus in his erret quis terris, qui vel honores,
Quid mihi te moriente, tuisq; hoc tempore desit.
Faris, quae solitus, si quando fovebat in Vlnis
Messiam infantem Simeon in templo operoso.
Non sum adeo infelix, inquis, nam lumine vidi,

Quem

Quem LUMEN populi statuit pater, haud ego mortē
Hoc duce nunc metuam, nunquam me fallat Iesus.
O tantum liceat tecum mihi sidera caeli,
Aethereasq; habitare domos, & figere, IESU:
Sanctorumq; gregem & iua compellere voce:
Tecum & in caelis imitabor sancta canendo
Agmina, te aeternum referam, tibi grata canendo.
Tu primus patrias iterum me & sere sedes
Fecisti, qua atris fueram immergenda tenebris.
Tu ceu pastor ouem, me curas, pectore teq;
Ut SALVATOREM cognoui, ouiumq; Magistrum.
Nec te paenituit celso descendere Olympo
Me propter, varijs & vitijs, culpaq; granatam,
Hec eadem ut scirem, quid non facis, optime IESU:
Est tibi mortales concessa potentia cunctos
Saluandi, genitor tuus hanc tibi tradidit olim,
Et dixit, mundus te nunc habet iste patronum:
Dixerat ista parens, inuidit luridus Orcus.
Præterea miseros, misera tibi & valle repertos.
Terrigenas, tantis quoq; nunc ardoribus ardes,
Ut linquas & ltrò Patris aethera, & hos tibi serues.
Iam pridemq; illis offers sacra munera vite,
Si modò non sordent illis hac munera vite.
Huc ades, ò aeternæ Deus, tibi pignora plenis
Hæc mea commendo votis, tibi pignora nostra,
Delicias nostras damus, hæc propria atq; dicamus,
Pac bene florescant flores florentis Anhalti. (mentē,
Tum DOMINUM tibi, CHRISTE, meum, mea fata get
Ardorem nostrum, cor nostrum, gaudia nostra,
Assere solando, turbatum numine seruas
Sit Pater & patria, multos & & vivat in annos,
Et dulcem sobolis seruet communis amorem:
Hanc animam donec tu intexens artibus hisce
Lætitia aeterna coniungas pectora nostra,
Ipsa ego regna petam, placido sopita sopore,


Qua mihi quae Christus patre sic statuente parabit?
 Corporis exuuias gremium hoc telluris habebit,
 Dicit, IESU, venias & honos erit his quoque membris,
 Et vos, & nati, cernam, & vos cum Patre nata,
 Gaudia tunc iterum lato miscbimus ore.
 Iam valeat mundus, nec curo munera mundi,
 Munera, nec, curem si huius, concedet IESUS.
 Eheu sic morera misero mihi, pectoris una
 Cura met, desiderium meum, & una Voluptas,
 Num fugis, ab ne fugis me? me, tua fata dolentem,
 Te complectentem, nullo te prater egentem
 Thesauro vltimus? thesaurum pectoris vnum
 Proh dolor, extincta te nunc amittimus, Hagne.
 Num cadis, ab ne cadis? Voluit te Rector Olympi
 Fata suprema pati? Voluit, diuina Voluntas
 Hac fuit, hac nobis placeat quoque, Spiritus alme,
 Effice, tu potes hoc, fiat tua sola Voluntas.
 O mea vita, meum decus, & mea sola Voluptas,
 Fida domus nostra Rectorix, & fida columna.
 Barbata stirpis, te iterumque, iterumque, vocamus.
 Tu licet aethereas, Christus quas condidit, arces
 Ipsa colas, nobis ante omnia sola placebis,
 Turtur avem viridē sequitur, Pavo ipse columba,
 Idalias Volucres sequitur Saturnia Iuno,
 At te solam ego, tu trahis, & trahis vna Voluptas
 Me mea, tu quamuis, Christus, quas condidit, arces
 Ipsa colas, nobis ante omnia sola placebis.
 Ipsa (nec inuideo) miraris limen Olympi
 Et Sol iustitiae, Christus tibi duplicat ipse
 Pacem, laeticiamque animi: tamen iste tui me
 Vrit amor, nec adest tanto modus ullus amori.
 Ah, salve aeternum, nostrum decus, vna Voluptas
 Nostra, parata tibi coetesti in sede corona est
 IVSTITIAE: quin cum Deus apparebit in altis,
 Agminibus cinctus castis, & tecta retexens,
 Inveniam te iterum, si te fastidit hic Orbis.

ECLOP

ECLOGA TERTIA.

Carmen Epithalamium.

Apollo. Thalia. Terpsichore.

Thal.  *le mihi, Terpsichore, sacra*
qua? num sacra Dione,?
Terp. *Non, sed sacra Dei: Deus*
hac primarius autor
Sanxit, Adaq; olim sacro
tradidit ore.

Anno Chri
sti 1571.
Cal: Maii.
Illustris.
Princip. ac
D. D. Ioa
chimo Er
nesto dica
tum.

Thal. *O felix, o semper is est, sacra talia castus*
Qui fouet, ac astus, ne praeferat hisce, veretur
Illicitos, quos igne cremat, quos vindice dextra,
Flammaramq; globis, Numen de numine punit.
Hic bonus, hic felix paucis ditescit in horis,
Nec succus pecori, vigor aut subducitur huius:
Sapius ista pijs esse euoluenda memento.
Novimus & qui te, dum casta imitaris, Ioseph,
Et quo, sed solus Deus exornavit honore.
Tum credo, Pharaoniada cum pellicis ignes
Respuit, atq; fide turpes restinxit amores?
Sed tamen ista, parat quis connubialia sacra?
Ascania Dux, Ernestus, fortissimus Heros
Ille parat, sancto sed non sine numine Divum
Hac parat, Heliconora alios hic ambit Amores
Principis, ad veteres ritus, ceu conditor cui
Condidit hos thalamos: quos tuq; ante omnia, Adame,
Mox ut vidisti sociam, sacra dona, colebas
Et si non animo coluisses, mortuus esses.
Sic faciunt casti, gaudent & talia casti
Vincta pati. bene, Sponse facis, Dux inclyte, auita
Nobilitatis honos, claro de stemmate Patrum
Clarum nomen habens, fortis, pietatis & auctor
Sincera; bene, Sponsa facis, virtutis auita

Terp.

Thal.

Terp.

Thal.

Tu

Tu decus, in signi decorato SOLIS ANHALTO

Non ego vos pessum sat carmine ferre, nec ipse
Ibracius hoc posset Phabo distante sacerdos.

Sed cum canam, bene quam sibi consulat ille,
Cui cordi thalamus, qua dicam, mente fouete.

Terps. At mihi cantanti Virtus modo suggerat ille,
Quem mea carminibus generatur fistula, Flatus.

Si credas Deus ille sacer, tuas ille Poetas
Numine sacro Deus: hoc Iesseia proles

Thal. Ipsa sateris, & abq; Deo nil posse sateris.
Cantando tu illum? nunquam tua fistula spurcis
Iuncta erit, aut rebus sacris stridore solebit

Terps. Immuundo stridore bonum disperdere Carmen.
Si placet ergo tibi, quod nunc nostrum utraq; possit
Experiamur, amat Deus hac certamina casta.

Experiamur. Ego, ut prima fabricator Olympi
Condidit ponsam: tu bino corpore in unam
Ceu sancti fuerint carnem, quod pignore certo
Propagent genus humanum per tempora vita.

Terps. Quis age, nulla mora est in me, cunctatio nulla.

Thal. De prima genetrice feram, qua ferre licebit:
Est mihi namq; horum Amramides, est pagina sacro
Testo, his rep. tunc isthaec miracula Tonantis.

Verum id, quantumvis acie sublimius omni,
(Diuisare libet) paucis exponere par est.

EVA Creatoris diuinum opus omnipotentis,
Ex costa fabricata viri est, dormiret in herbis
Dum latus, cerebro fluidos operante vapores,
Atq; ex partem vacuam repleuit carne Creator.

Atq; EVAE forma praestanti vestijt artus.

Iamq; in mundo aderant duo pectora, virq; viragoq;

Aequarent certis totum qui legibus orbem:

Pectora, qua Pontum, loca qua telluris haberent:
Terra nec his unquam renuit, sed subdita seruit.

Terps. In Paradiso idem genitor duo pectora iunxit,

Et storgis circum est mentes amplexus amicis :
Orbis & in medio posuit, quo semper haberent
Piscesq; genus omne aurumq; feraq; sequaces,
Vlla nec his fera pugnavit, sed subditi seruit.
Spectet ad hac si quis, nihil est, quod laudet amores
Turpes, quin castos potius laudabit amores.
Non panam effugiet, Veniat quotcumq; protervus, Thal.

Audeat incestus incestibus addere, tectis
Aeternumq; D E V M vitis, & labe laceffat,
Effugiet posthac, ne sese labe laceffat.

At panam effugiet, Veniat quotcumq; pudicus Terp.
Audeat hic castus castis modo ne flere casta
Effugiat posthac, Et se plus ore laceffat.

Sed venit, ecce venit, datum pater, augur Apollo,
Ille, reponamus, qua dicit, sensibus tunc.

Plaudite, quandoquidem spaciose per atria dulces Apol-
Cessarunt strepitus, & facta silentia tectis.

Et nunc Dux omnis, nunc nobilitum chorus omnis,
Nunc gaudent Muse, gaudetq; ignobile vulgus.

Incipe Terpsichore, tu respondeo Thal.
Vos castus dicitis, amant casta omnia casti.

A patre principium summo, Patrio omnia pleni, Terp.
Muse, amat hic castos, hinc vincula iugalia cura.

Hos & Christus amat, Christo sua semper ab illis Thal.
Munera sunt, grates, & suave sonans querulū cor.

Sponsa petit templum, Heroum stipante caterua Terp.
Et fugit ad superos, ibi se cupit ante videri.

Ast offert illi sese Ultio maximus Heros, Thal.
Et iam nota viris sint hac connubia cunctis.

Sunt tua, summe Deus, sunt iudera: namq; prebassi Terp.
Ipse torum, crassa quando iniepere palude.

Quod poterat, Cana ex lymphis factis optima Venia, Thal.
I E S V, sic thalamos ornat, sic sacra firmat.

O quoties, & qua de hoc cadere iura locuta est Terp.
Pagina, Christiades, castas referatis ad aures.

Quid

- Thal. *Quid prodest, quod solus homo est? faciamus Adamo
Qua se electur eum, qua fœdera seruet Adamo.*
- Terps. *Hanc tibi mitto Deus, nostrum est hac munus, Adame,
Quam tibi quam feci sociam creatus ipse Creator.*
- Thal. *Hanc ego amo antè alias, de nostris ossibus est os,
Famina & hinc merito nomen sortita Strago est.*
- Terps. *O homo, mitte Patrem, tuus est amor vnicus vxor,
Hanc vt ames patrijs præ sedibus, ipse Venito.*
- Thal. *Quis sapius antè alios, nè nè disiungere tentes,
Queis, longum mens vna mane mane, inquit Iesus.*
- Terps. *Triste ensis spurcis, Sodomitis sulphuris umbres:
Excidium Phrygijs, primis mortalibus vnda.*
- Thal. *Dulce salus castis, IOSEPHO sceptræ secunda,
Fama bona Abramida, Diuûm vindicta Susanna.*
- Terps. *CHRISTUS amat Sponsam, quamuis sit saucia sponsa,
Mortales Sponsæ quoq; amorem pascite vestra.*
- Thal. *CHRISTUS Sponsa affert sua gaudia, fert mala sponsa:
Tu quoq; Sponsæ, feras mala Sponsæ, comoda Sponsæ.*
- Terps. *Hanc CHRISTUS defendit, eam defendere gaudet,
Illi mella fluunt à CHRISTO, spesq; fidesq;.*
- Thal. *Qui Sponsam non curat, amet multo angue comâtes,
Atq; idem iungat scyllas, & mulceat Hydram.*
- Terps. *Qui canitis Diuos, Diuisq; placentia vota,
Sit torus vt, Muse, bonus hic, vota addite votis*
- Thal. *Pergite, et hunc Christo concedite: quã bene Christo
Creditor, in CHRISTO genitor vota omne firmat.*
- Terps. *CHRISTE, novos thalamos, vt tanti stemmatis hæres
Floreat, ipse bonus fecunda prole beabis.*
- Thal. *CHRISTE, fac Ascanie domus vt tibi limina pandat
Hospita, sic tanti florebit stemmatis hæres.*
- Terps. *CHRISTE, resurgenti tibi surge, tibiq; parato,
Sic benè surgentis tibi nomen & omen habebit.*
- Thal. *CHRISTE, fac, vt faueat Sol ora tempus in omne
Huic ora, & placidum benè nomen & omen habebit.*
- Terps. *CHRISTE, torti casti sacer es qui fantor, adello,*

Idere

Idem amor Ernesto sit Et, idem amor Helionora
 Castus amor causa est omnis boni, Et omnis honesti, Thal.
 Nescius obscæni, multos qui fascinati astus.
 Dic quibus in gemmis, (Phæbo mihi maior Et esto) Terp.
 Vis lateat vetitos fugiendi serius ignes.
 Dic quibus alitibus focij Vestigia amoris Thal.
 Inrita cernantur, palmam vel sola teneto.
 Dic quibus in terris fera, cerui cornua quærens, Terp.
 Floreat, aurato diademate, torque decora,
 Dic quibus in terris pisces, undaq;, maruq; Thal.
 Pertasi, Vixisse feris cum fortibus optent.
 Non Vestrum thalami cunctas exponere laudes: Apol.
 Non etiam nostrum, mysteria solvere tanta:
 Et Lauro tu digna, atq; hac, Et quisquis amores
 Diligit aut castos, aut voce celebrat: amores
 Plenius hos olim supera dicemus in aula.
 Desine, Musa, sat est, thalamos sat plectra notarunt.
 Desine, decedens Phæbus iam duplicat Umbras,
 Desine, dat Christus thalamis, qua plectra notarunt.

ECLOGA QUARTA.

Laudes Anhaltinæ domus.



Alides & Muse, rursus nova gaudia,
 anhalto
 Grata, DEO solo sic dissonante,
 canamus:
 Vos omnes fors tanta iuuat florentis
 Anhalti:

Si canitis Christo tali pro munere grates,
 Quam canitis binè, sortis is est tanta vnicus autor,
 Consorti Ducis Ascanta iam venerat hora
 Partus; mox Princeps animo, precibusq; paratus,
 Christus,

In natalem
 Principis
 Bernhardi,
 nati Deslap
 uia 8. Cal.
 Octob. cir-
 ca medium
 noctis, an-
 no salutis,
 1571.

CHRISTE, sibi assurgit, rogitans. Et numine dextro
Ipse assis, partumq; iuues: stat poplite flexo
Hac domus Ascantia, subtristis idemq; precatur.
Inclytus extemplo, CHRISTO duce, nascitur infans
Et nostras oriens Sol ora illuminat oras,
Iam reditet plausus, redeunt felicia secla,
Iam noua progenies nostris conceditur oris.
Tu modo nascenti Heros, quo desinit omnis
Tristitia, & matri surgis spes prima salutis
CHRISTE, faue: te dante nouus flos uernet Anhalto
Teq; adeo Duce, Dux annis, sapientia & Ulro
Crescet, & incipiet blandum ridere Parenti,
Atq; DEI, atq; hominum sibi conciliare fauorem
Te ducit, si qua struet funesta pericula Damon,
Irrita mox cedent, diuino numine cedent.
Ipse PATRVM vitam accipiet, Patribusq; Videbit
Addidos titulos, illosq; imitabitur ipse,
Longanumq; erit Ascanti spes tertia regni.

At tibi qua fundet munuscula patria tellus
Paruule Dux? Apium fundet, cum molli Amaratho
Nislog, spiranti grauius noua lilia Thymbra,
Ipsi te proceres, Charitumq; corona loquetur
Inclytus, nec metuent dignos tibi reddere honores.
Ipsa tibi Diuina descendet gratta caelo:
Angelus & Domini Veniet, tibi strata parabit
Angelus, infantes adeo pia numina curant.

At simul & laudes proauorum, Patris & acta,
Cognosces: hac principibus cognoscere pulcrum,
Scilicet ut terra hac, qua sese ad sidera tollunt
Harcinia sylua iuga summa, & campus arista
Vbere flauescit, semper fuit inclyta sedes
Ascantia Ducibus: stirps hac ut clara triumphis,
Clara ataus, & Marchiacos, & Saxonas acres
Rexit: ut ALBERTVS Sorabos his expulsi oris,
atq; Henetos ut restituens, armisq; Batanos.

Deinde

Deinde Velut magno Bernhardus corde superbum
Vicit, SAXONIA Dux factus, Et ipsa RODOLPHUM
Italia expavit: quo nam pietatis amore
Arsit auus, deinceps patruiq; Parensq; sacrata
Templa, piasq; scholas opibusq; animoq; iuuantes.
Quo studio amouere Papa Vestigia fraudis,
Ne tentare dolis sanctos, nè fallere technis
Oppida, nè iubeant populos illudere CHRISTO.
Quò nam, quo Zeli feruore GEORGIVS Heros,
GVOLFG ANGVSq; Duces pugnarunt pro grege E
Hic animo, dextraq; tuendo dogmata sana: (aris.
Ille suæ plebi dicendo iura, simulq;
Pura Euangelij spargendo semina voce,
ESDRAS alter erat tunc: alter at æquiparandus
Delectis HEROIBVS, hac qui nomina CHRISTI
Amplexi, E bello obiectantes corpora, forti
Corde petiuerunt pulcram per vulnera mortem.
FELIX terra, Duces tantos cui numina mittunt.
Hinc tibi sceptrâ Patris susceperis, aurea sceptrâ
Cedet E ipse mali suator, nec lugubre ciues
Vexabit scelus: ipse DEVS scelus auferet omne.
Non fontes patietur humus, patietur honestos.
Securus quoq; tunc sulcis committet arator
Semina, nec certo hospitio pia turba carebit:
Ipse sed his portis Rex gloria honore decenti
Succedens, patrijs ornabit cultibus illas,
Sponte sua hac tellus discentum nutriet agmen.
Talia secla Duci dicunt lato omine nato
Christiades, Christi sed non sine numine, Musa,
Propaga o tantos antiqua stirpis honores,
Vera DEI soboles, magnum Patris incrementum
Et bene florescent flores florentis Anhalti,
Stemmatâ tu solus generosa, domosq; vetustas
Seruas, longa Duci solus âas tempora vita.

B

Affere

Assere clementi sacrum tibi numine stemma,
 Legesq; , Verbumq; tuum , Venerandaq; iussa ,
 Ut venturo etiam foueat super omnia seculo.
 O illi longum maneat Mauortius Heres,
 Qui possit , quantum sat erit , tua dicere facta.
 Aeternum maneat domus hac pars inclyta sacris
 Imperij , maneatq; tenax virtutis auita ;
 Non hanc latissam , non oia publica , nobis
 Qua tu fecisti , turbet vel turbidos Euris ,
 Vel Notus , his quamuis stygijs constitibus assint
 Eumenidum mater , mundus , scyllaq; bisformes ?
 Dis quoq; te C H R I S T O si quicquam iudice tentet ,
 Is quoq; te C H R I S T O dicat se vindice victum.
 Assere , Christe , piam , solus potes , assere matrem ,
 Fac nouus hic H E R O S ista sub luce Parentum
 Latitia repleat , dulciq; leuamine mentes ;
 Assere C H R I S T E , Ducem , solus potes , assere natum ;
 Fac Patruum magnam Bernhards nomen adeptum ,
 Sectando referat , referendo Patremq; loquatur ,
 Sic pietatis amans , sic seruantissimus aequi ,
 Sic Charitum Patronus erit , clementia auita
 Magnus , Et illustri Bernhards nomine dignus.
 Suscipe C H R I S T E , recens natu , quem corde parentes
 Summisso properant tibi sistere , suscipe natum ,
 Felices pueri , quos tu tibi suscipis , atq;
 Emundas pura sacri baptismatis vnda :
 Hos D E V S hac vita , D E V S hos dignatur Olympo .

E C L O .

ECLOGA QUINTA.
Anhaltus Florescens
 Phyllidoce Lygea.

In natalem
 Illustriss.
 Principis
 ac Domini,
 Domini Jo-
 hannis Ge-
 orgij Prin-
 cipis Anhalt
 quinascitur
 Hatzkenro-
 dij 9. Maij
 anno.
 Christi.
 1567,



Utr non, Phyllidoce, quia liquimus
 humida regna
 Cyrenes, inter Sala consedimus
 das
 Amba? tu versus pleno ore sonare
 notatos

hannis Ge-
 orgij Prin-
 cipis Anhalt
 quinascitur
 Hatzkenro-
 dij 9. Maij
 anno.
 Christi.
 1567,

In folijs: plestro tentare ego carmina eburno?
 Huc ades, en iterum redyt noua gratia Veris,
 En florens segetes, en pingit purpureum Ver
 Flore solum Varro, resonantq; suauis Volucres.
 Te magis ordiri decet, o soror alma Ligea,
 Siue choros late latos Heliconae per altum
 Ducimus, aut Vndas accedimus: aspice, ut Vndas
 Pinguis candidulis sparserunt floribus arua.
 Catibus in nostris tu sola Heroica mandas
 Carmina corticibus, certat tibi nulla sororum.
 Carmina mando equidē, sed non sine numine Christi
 Corticibus: CHRISTI qui numine carmina pangit,
 Hic mature alios poterit superare canendo.
 Incipe phyllidoce, si quas aut AEsone nati,
 Aut Pelidis habes laudes, aut furta Lacena,
 Immo ego, quae nuper iussit Tymbraeus Apollo
 Carmina, decantare, canam: diuinus APOLLO
 Quae iubet, effecisse decet: nam carminis autor
 Ipse boni bonus est, Sacer ipse Poeseos autor.
 Muscosis quantum praestat sacra Phocidos Vnda
 Anticulis; ausibus quantum Pandione nata
 Quae nostro tantum felicia Veris
 Teu ora longē alijs excellunt partibus anni.

Phyll.
 Lig.
 Phyll.
 Lig.
 Phyll.
 Lig.

Ver aptum studijs, Ver blandis Utile Musis.
Ver affert cunctis gratissima commoda rebus.
Phyl. Sed tu plura, soror, cesses, accessimus Undas,
Ergo DVCEM Nympha concordi pectore natum
Dicebant omnes, sala spumantis ad Undas,
Vos Unda testes eritis, Vos flumina testes.
Cum mater duri subijt discrimina partus.
Voce vocat CHRISTVM, multis ploratus instans:
Scilicet apporet quò secum Unguenta reposita
Pixidis, Et solus diuino numine seruet
Seh, Vteriq, sui pondus: mox auspice CHRISTO
Mater Lucina est latos experta labores.
Ut tener in cunis Dux vagyt, ecce luporum
Bellua turba illis pastum Venere diebus
Inter oues pauidas ad flumina, pascua Et Vrsi
Cum Vaccis habuere eadem, mox Pardalis hirco
Iuncta graui pariles subito subiere latebras.
PRINCEPS nate, tuum quoq, decantasse Camœnas
Natalem, Fauniq, Dÿ, Dryadesq, loquuntur.
PRINCEPS nate, tui genitoris gaudia mentem
Pertentant: Princeps, materno inducere cordi
Gaudia cepisti, mutato pectore gaudet.
Amplius haud meminit praduri lata laboris,
Quem modo passa fuit: peperit, Vinculisq, soluta est
Ecce puerperij, mutato pectore gaudet.
Margaris Et gemmis decori est, Berillus Et auro,
Insectis Et apes, aurora Et prauus astris:
Sic Decus AS: ANIAE es, puer Illustrissime gentis,
Sic decus es Patria: postquam te emisit in auras
Mater, Cyrene turba comitata sororum
Glaucarum, Versus pangit, noua gaudia pangit.
Casti Vbi coniugij sunt mutua pignora, mentis
Latitia hic dominatur, Et infinita Voluptas.
Ast Vbi spes prolis nulla est, ubi pignora nulla, Pro

Pro molli affectu, pro letitia constanti,
 Mæror, & assiduus consumit pectora luctus.
 Spargite humum violis, & ndas cumulate hyacinthis,
 Crescides, hoc Princeps fieri sibi parvulus optat:
 Oscula ferte Duci, stantes longo ordine Nato,
 Nam decet: HERO! tale omnes fundite carmen,
 Sis Puer Ascania DVX: sis spes altera regni,
 Viuacis populi custos, viuacior ipse.
 Carmine nil isto nostra iucundius auris
 Dignam coniugio, nascenti Principe dignum.
 Est DEVS est numen, cui vincula iugalia cura,
 A quo Coniugibus numerosa copia prolis
 Prouenit, his ornat lecti socialia sacra.
 Quale ferax domus vitis, quale arbor odora
 Palladis arboribus teneris, & mollibus hortis:
 Tale etiam soboles thalamo numerosa pudico.
 Fortunatus eris, Pharetram quicumq; sagittis
 Talibus impletam retines, non hostis atrocis
 Conatus metues, metues non Damonis astus.
 Nos tamen hæc etiam fundemus carmina nato
 Infanti, sic ferre decet, sic dicere fas est.
 Ipsius vnanimis nunc nomen in orbe feremus.
 Nanq; erit & nostra spes non postrema cohortis.
 Nil prestare potes, soror, isto manere maius,
 Ipse PVER dignus, cui cymbala stridula Voces
 Altisonas referant excelsa per atria tecti.
 Ipse Parens dignus, cui carmina tibia fundat
 Curua sono Phrygio: CHRISTI nam sacra veretur
 Dogmata, & Aonias defendit sedulus artes.
 ASCANIAE domus optata iam prole potitur,
 In cunisq; videt dulcissima pignora mater.
 Ergo, Christiades, & cætera numina Vatum,
 Conuenere, sacris iussa succedere tectis.
 Mirantur partum, mirantur cælica dona,

cc

cc

Lig.

Phyll.

Lig.

B B

H Ee

H E R O A infantem, placido quod lumine patrem
 Exprimit, & rosei quod fulget in ore decoris
 Gratia: templa patent, operosa reuisere templa
 Omnibus est animus: subito infinita Voluptas
 Liminaq; proceresq; tenet, reliquosq; ministros.
E R N E S T U S pater ipse, animo monumenta reuoluens
 Maiorum, thalami quis sit primarius auctor.
 Facundi, tales letanti pe flore Voces
 Concipit, Aoniæ media inter gaudia catus.
 Alme Parens, inquit, triplici qui sidera torques
 Numine, laude tuum Vera celebramus honorem,
 Quod nostras tandem Voces, suspiria nostra
 Suscipiens, thalamum tam lato pignore nostrum
 Ornasti: manus nihil isto pignore nobis.
 Hoc serues, hoc **C H R I S T E** bees, huic robora prestes.
 In pietate tui Vera quo crescat, & olim
 Grata tibi faciat, faciat quoq; prospera plebs.
 Vix fatus, sacro baptisinate mergitur infans.
 Inseriturq; gregi, qui cœlica iussa Tonantis
 Semper in hoc mundo deuota mente capessit.
 Mirantur partem, mirantur cœlica dona
 Musa: templa patent, operosa reuisere templa
 Omnibus est animus, subito infinita Voluptas
 Liminaq;, proceresq; tenet, reliquosq; ministros.
 Ipsi lætitiæ ciues dant signa, meraco
 Ipsi etiam replent salienti pocula, plaudunt
 Ipse iam Charites: ipse iam carmina Musa,
 Ipsa sonant iam tetta nouus, nouus **A S C A N I A D V X**
 Salue, sis felixq; tuus, **D V X** inclyte salue,
 Qui decus **A S C A N I A** gentis, qui gloria **P A T R I S**:
 Nomina, parue **P V E R**, tua sunt pia nomina, castis
 Non tibi contingunt, sed sancto numine **C H R I S T I**.
 Illa monent etentim magni te muneris: illa
 Ostendunt etiam nobis, humana potestas

Vnde

Unde sit, Unde tibi sint suavia pignora, Nomen
 Est tibi IOHANNI: nam te nascente Tonantis
 Gratta nos visit, nobis hac oca fecit
 Ipse DEVS, nostri qui ista sub luce misertus,
 Post varios tandem gemitus nunc, post tot & annos
 ASCANIAE Domus voluit concedere prolem,
 Qua foret imperijs spes firma: GEORGIUS inde
 Diceris, Et titulo monitus, Virtutis auita
 Ardua secleris tandem Vestigia: Patrum
 Nisi etenim Virtute decet, non sanguine, Natos.
 Sis prius in primis pietas nam sola columna est
 Ferrea regnorum: sis propugnator & acer
 Iustitiae, sis defensor quibus una Voluptas
 Sacra DEI vero venerari numina cultu.
 Sis quoque pacis amans, hac custodire salutem,
 Hac ciues sociare potest: Concordia sola
 Cogit in immensum tenues assurgere vires.
 Salve iterum bonus atque tuus sis, basia blanda
 Ecce parentis habes, habeas quoque basia matris.
 Ecce tibi angelicus chorus, en tibi numine sancto
 CHRISTUS adest, somno frueri, expergiscere somno
 Ipse sator rerum blandis te contegit & lnis,
 Corporis atque animi donans tibi robora firma,
 Et lecti imprimis ardens bona pignora, CHRISTVS
 In terris, si viuus eris, si extinctus, in astris,
 Te reget, auertetque nigri nigra tela Draconis.
 Excubias Gabriel tibi agat, reliquique ministri
 Flammei, Et assuescas blandum ridere Parenti.
 Atque Sybillinos viuas feliciter annos.
 Haec tibi, parue PVER, solennes ordine pompa
 Semper erunt, & cum templis natale recabit
 Tale tuis, & cum faciemus sacra supremo.
 Dum lymphas cucumis, sylvas dum ceruus amabit,
 Dum Magnes ferro pascetur, apesque Hyacinthis:

B 4 Semper

*Semper erit sacer ille dies : solennia semper
 Munera cœlicolis ista sub luce feremus.*
Phyl. *Quas rogo, quas summo tali pro munere Regis,
 Alma sorori grato soluemus pectore grates?
 Nam DVX ille novus diutno munere nobis
 Contigit : huic laudes, huic munita digna canemus
 Omnes : huic meritos mactabimus, humida regna
 Donec Aristas stabunt genetricis, honores.*
Lig. *Hoc tibi nos, Princeps, grato cantavimus ore :
 Hoc nos, instituit, tædæ quis iura iugalis,
 Hoc etiam docet, Unde sacri sacra pignora lecti.*
Phyl. *At hoc sume tibi carmen, quod sæpè rogavit
 Hæc domus Ascania, rursus tibi sumito Carmen,
 Cantatum hic inter Corylos, & flumina, Princeps.*

(Libuit huic Eclogæ subijcere γενεθλιακόν ,
 in natalem Illustris Principis ac Domini, D.
 CHRISTIANI, Principis Anhaltini
 &c. à me compositum, propterea quod ferè
 mè intra annum spacium utroq; Princeps
 nobis diuinitus concessus sit, & hæc etiam
 imitatio sit Virgiliana.)

Lauacrum vitæ Baptismus.

IN NATALEM RE-
 CENS NATI PRINCIPIS
 CHRISTIANI, filij Illustris Principis ac
 Dn. D. IOACHIMI ERNESTI, Principis
 Anhaltini, Comitis Ascaniæ, Domini in Seruesto,
 Bernburgo &c. qui natus est Bernburgi V. Iduum
 Maji, à meridie hora 3. minut. 5. Anno
 VIVIT DOMVS ANHALTINA.

Ascania



Scania domus hac iterum sub luce po-
tatur

Prole noua: prima & genitrix, atq;
Inclytus Heros
Dant signum, Ducibusq; diem, &
confortibus aula

Esse iubent letum, gratatur conscius huius
Partus nobilium chorus, illud à vertice summo
Christiades versus pangunt, noua carmina pangunt.
Ille dies iterum lati, primusq; salutis
Causa tibi, Bernburga: tibi conceditur infans
Cuius es exortum multos meditata per annos.
Extemplo in Patris, Nati, Flatusq; sacrati
Nomine, baptismi PVER ipse lauatur in Vnda.
VND A bonum, quo non aliud praestantius ullum,
Vtilitate viget, genus emundatq; lauando
Humanum, commune pijs, commune beandis.
Vnda quidē primò SIMPLEX, sed quando Tonantis
Accedit Verbum, firma & fiducia mentis
In Christi meritum, mox vires exerit omnes,
Atq; sacro flatu fit dante SALVRE LAVA-
CRVM.

Hanc λόγος ipse DEI, nostri deus amoris,
Innati (ut perhibent) medicamen forte veneni.
Instituit, latum semper mortalibus agris.
Donum aternū, ingens, cui sunt quot flumine gutta,
Tot sacra vires subter, (mirabile dictu)
Tot bona, tot dulces fructus, tot pramia Diuini
VND A, pijs tutum, stygius Venator in Umbris
Stridet ubi, huic cedit Sathan ipse, pericula cedunt.
VND A, pijs sacrum, sacrati aut pignore Flatus,
Dotibus aut alijs: & mundi crimine sanat:
Tam fidei, paci q; tenax, quam ianua celi.

ECLOGA VI.

Fructus ventris merces

In natalem
Agnētis
Hedeuigæ
Princ. Anh-
Quæ nasci
zur Dessauia
Pridie Id:
Martij ho-
ra pomeri-
rid. 10.
Anno 1572



Rima lares iterum dignata est visere
nostros

Sancta Trias, nec luce sub hac ver-
nante Hyacintho

Erubuit decorare iugum florentis AN
HALTI

Dum taceo hos partus, & gaudia, Cynthia aurem
Velliscat, atq; monet: Musas noua munera Diuum
Psallere oportet, & hæc deducto dicere Versu.
Nunc ego (namq; tuas digno qui carmine laudes
Decantent, nunquam deerunt tibi, fortis Anhalte)
Augustum grata meditabor arundine partum,
Non iniusta cano, si tu tamen hæc quoq; si tu
O domus Ascanti generoso capta fauore,
Fronte leges hilari: te nostra sponte sorores,
Phabus & ipse canet? Christo neq; gratior ulla est
Pagina, quam infantum redolet qua nobile nomen.
Perge, Christiades, DVX noster & Helionora
Letitia parili, parili virtutis auita
Laude, nouam sobolem Christo comitante, iacentem
In cunis, Ostroq; vident, & sindone molli,
Donatam auxilio nobis solius IESV:
Flammea turba, huius capiti concessa, ministrat,
Atq; graue omne malum diuinis conterit ausis,
Aggressus, (nam sæpè sacras spe pignoris ades
Viserat) ipse Parens alti fastigia templi
Ingemit: alme DEVS, grata te mente celebros,
Quod facis hoc seculo multa me prole parentem:
Sic perge, Ascanti amq; domum, DEVS Vne, propaga,
Ut nomen celebrando tuum tibi limina pandat,
Æternumq; tui sit numinis hospita, & auctrix,

Addit

Addit se sociam cito consors **HELIONORA** :
HELIONORA huius sol ora : iamq; precanti
Antè aras supplex sua vota precantia iungit.
Nos iterum , diuine Pater , nos respicis , inquit
Pignora dum nobis noua das : tibi gloria , nomen
Ac decus : en eadem grati tibi reddimus Ultrò :
Pergite , Vos pueri , mea corcula pergite , **CHRISTO**
Addico Vos : satis est , Vobis potuisse potiri.
Numina , quæ colimus , cognoscite , numina Vestrum
Sola hæc robur erunt. Extemplo regius infans
Tingitur in liquida sacri baptismatis unda .
Inde Pater Vatum Latous , pollice docto
Vocalem impellens cytharam , simul incipit ipse
Tum Verò in numerum iuuenesq; , senesq; videres
Ludere , tum celsos Anhalto assurgere montes :
Nec tantum Musis gaudent Helicorta tempe .
Nec tantum Colophon Vatem miratur Achaum
Nanq; canebat , Vti magnum per numerum **IESV**
Hoc positum baptismata , animi medicina fuisset .
Et vti simul omnis , Vt hoc Ecclesia Vincolo
Prima , beatorumq; chorus concreuerit omnia .
Tum durare fides , Et rumpere Tartara Ditis .
Cæperit , Et pacem paulatim sumere Vires .
Iamq; nouum gentes stupeant emergere dogma ,
In patris in Nati , sanctiq; in nomine Flatus
Viuu fontis aqua tingi , quoscunq; supremam
Ascendisse inuat summotis nubibus arcem .
Incipiant homines qui primum credere , quiq;
Dulcia caelestis fiant habitacula **FLATVS** .
Hinc latices **CHRISTI** sacros , Et hiantia regna ,
Caestemq; refert Vocem , speciemq; columba .
Addit Et Abiades **CHRISTVM** quo fluminet unctum
Et lamasset , scelus en mundi qui sustinet **AGNVS**
Vt **CHRISTVM**q; , **AGNVM**q; Dei nemus omne sonaret
Et

Et fortunatum (si mens modo sana fuisset)
 Murerum cum Vesanis hortatur, Et inquit:
 Ah turba infelix, falsis erroribus agros
 Sicne repleas nostros? sic à baptisnatis Unda
 Infantes abigis? qua te damentia capit?
 An non tam turpes monstrosa Chimera secuta est
 Errores? quamuis reclamant dogmata sana,
 Et Vos sapè graui quasiuerit ore Lutherus?
 Ah turba infelix, qua te damentia capit?
 Quantum ISRAELIS iacris à fontibus erras?
 Ipse PATRIS VERBUM, iussu fultus genitoris
 Infantes patrio sub sidere collocat, Et quin
 Spectat ad hos Vita promissio, spectas ad ipsos
 Vera salus, Vno qua per baptisna beandis
 Ingrege sanctorum gratis datur: ergò quis illos,
 Arceat à sacro baptisnate? claudite M V SAE,
 Christiades Muse sacros claudite saltus,
 Ne qua fortè ferant vobis sese obusa caci
 Detestanda gregis Vestigia, forsitan Vllum
 Ne fuco captum stygio, aut hoc dogma secutum,
 Perducant nigri stabula ad Plutonia Ditis.
 Tum canit antiquum purgari hoc flumine Adamum
 Tum baptizatos Vera circundat amictus
 Iustitia, atq; poli cultores erigit almos.
 Tum canit Aethiopem, sinuosa ad flumina lotum,
 Sedes ad superas vt duxerit ipse Philippus.
 Vtq; viro CHRISTI meritum patefecerit omne.
 Vt Petrus hac turba, diuino numine Pastor,
 Viribus ornatus mentem, constantia Et acri,
 Dixerit, hos tibi do latices (en accipe) turba,
 Abiades quos ante dedit, quibus ille solebat
 Purgando miseras ad CHRISTVM ducere gentes,
 His stare, tua sunt pignora certa salutis,
 Unda nec est simplex, qua sese Ecclesia iactas.

Quid

Quid loquar? aut matres, pueros, quos fama secuta
est

Ad CHRISTVM portasse suos? Et ut ipse Re-
demtor

Blandiculos pueros placidis gestarit in Vlnis?

Aut ut caelestes horum narrarit honores?

Quos illis genitor famulos, qua regna pararit?

Quo merito augusto hosce redemerit? et quib. essent

Tecta superuolitura poli felicibus alis?

Quid loquar? ANHALTVM, semper quem fa-
ma secuta est

Fortia succinctum diuino pectora zelo,

Aeternum coluisse DEVM, ceu pulcer Apollo

In virtute sacra Triadis benedixerit illi?

Ut soboli impositum nomen narrauerit Magna?

Quid sibi casta velint haec nomina? quidue Parentes

Mouerit, hoc cuperent ut proli imponere nomen.

Omnia, quae CHRISTO quondam recitante, Sionis

Audiuit Vertex, iussitq. notare beatos.

Ille canit, pulsus referunt ad sidera montes.

Donec adesse toris, epulis fungiq. superbis

Iussit, Et ad medium Titan processit Olympum.

ECLO.



ECLOGA VII.

Damon.

Interlocutrices nouem Musæ, & Charites.

Preces Anhaltinæ
pro felici
coniugio
Illustriss. i.
Princ. ac
Domini,
D. Ioh. Hæ-
redis Nor-
uegiæ, Du-
cis Slesui-
ci, Holsta-
tiæ &c. &
Illustriss.
Principis
ac D. D.
Hagnes
Hedeujgæ,
Princ. An-
halt. Illu-
striss. Prin-
ac D. D.
Augusti
Duc. Sax:
ac sacri
Imp. Rom.
Electori &c
relictæ vi-
duæ.

Damon



Orte sub antiqua, cui præsides
Vrsus, Anhalto
Insignis, Sylua confederat augur
APOLLO,
Compuleratq; deas, Clio, Cluuiq;
sorores:

Res gestas, stellas, cantus, soccosq;, Cothurnosq;
Artesq;, cantare pares, cantare paratas.
Hic dum multiplices astrorum pensito motus,
Pleiadumq;, Hyadumq;, ortus, & signa Boota
Arctos, via me deceperat, ac cito Phœbus
Me procul afficiens errantem, talibus inquit,
Huc ades, hac, Damon, requiesce sub arbore mecum,
Si vis, accipies gratas res auribus, istas
Sensibus & imis grato modo corde reponas,
Oratum huc veniunt Charites, Heliconis alumna:
Vt DEVS omnipotens Holsatia fœdera, Anhalto
Reddita, Anhaltinisq;, Holsatis atq;, secunda
Esse velit, nostrosq;, horum meminisse minores.
Milda tumens undis, citò serpit leniter undis,
Salag;, & assurgunt montes, nemus, oppida, Valles,
Prog;, nouis faciunt vota, incluta vota, maritis,
Quid faterem? neq;, me votis renuisse licebat
Latos, has alibi nec res cognoscere tantas.
Et me (Vera loqui pudet haud) signare iuuabat
Omnia; Christiades qua inter dumeta secundo
Fundebant striusq;, domus pro sidere vota.
Hinc vota alternis coniungere versibus omnes
Capere, alterna Actiacus meminisse solebat,

E

Et Milda, atq; parens Sala audijt omnia fausta.
 IESV, noster amor, Ducibus nostris iter ipse,
 Quale pio Isacida, concedito, tu potes vnus.
 Isse, redisse vias poterunt sic te duce captas.
 Nostra nec hac tristis pendebit fistula quercu.
 Angelica Ascamos curruis firmate caterna
 Salides, inuidia rumpantur vt ilia Diu:
 Aut si sentieris, totum multa prece catum
 Cingite, ne captis noceat vis dira Draconis.
 Imperij capita alta, DEVS, tu numine seruas,
 Et tibi coniugij felix vincula cura:
 Hoc tibi si proprium, DVCS, Hagna & fadera casta
 Firma diu stabunt, te solo vindice stabunt.
 Has grates, hac & tibi pectora grata quotannis
 Expectare sat est, autor tu muneris huius.
 Nunc pia vota tibi pro tempore soluimus, at tu
 Si suppleueris hac, noster DEVS vnicus esto,
 Fit te dante thymo thalamus incundior hybla,
 Firmior ipso Adamante, omni preciosior auro:
 Cum primum precibus quarant tua numina sponsi.
 Si qua tibi te cura tenet, DEVS, hosce foueto.
 Immo te sine Sardous is amarior herbis,
 Felle atro peior, styge perniciosior ipsa:
 Sponsorum felix longos sit vt ardor in annos,
 Ite, DEVM casti petue d, decet, ite mariti.
 Numinis in laudes, in summi Patris honorem
 Cedat vt hoc fadus, sit Anhalti dulcis & Umbra
 Auxilium CHRSTICHO pascite, iam dabit, astus
 Iam Sathana cunctos abolebit vindice dextra.
 Sit fauor, d aterne DEVS, sit plurimus ignis
 Semper, & Holsatas inter, fortes & Anhaltos.
 Spicula sic stygij tantum curi bimus hostis,
 Intonsi quantum torrentia flumina monte s.
 Stent etiam Holsata, stent Ascania telluris
 Robora,

CL.

Eut.

Thal.

MEL P.

Terp.

Era.

Polyo

Vra,

Call.

Robora,

Robora, mox passim sua habentia mitia corda:
Omnia latentur. Verum si nobilis Hagne.
Regnis his absit, Videas haud robora firma.

Agl. Crescit amor Ducis, ac Hagnes, gentisq; Striusq;
Dante Deo, Sathan has nobis frustra inuidet umbras:
Inclytus atq; DVCEM reditu nunc gaudet Anhaltus:
Gaudia Et hec durent, his IESV plurimus assis

Thal. Ida fauore Iouis clarissima, Eryx Cytherea:
Taygetus prolis Semeles, Cynthi iuga Phæbi:
Dux Holsatus Anhaltis amat, hunc dū mitis amabit.
Culmina Taygett. Cynthi iuga Vincet Anhaltus.

Euph. Meraris in castris benè nota, Helchitis in hortis,
Aedibus in proprijs, Latia Et Lucretia in arte:
HAGNE, dum properas Holsatia Visere prata
Meraris in castris Et nota, Helchitis in hortis.

Da. Hec memini Charitas, memini Comitesq; nouenas
Cantare ad syluam antiquam, cui praesidet Vrsus:
Ex eo Anhaltinas inter, Holsatia Et oras.
Idem animus, Vera Et Concordia tempore nobis.

TETRA-

[E ar 4]



ΤΕΡΨΙΧΑ

IN NATALEM IL-

LUSTRISSIMAE SOBOLIS,

Illustrissimi Principis ac Domini,

D. IOACHIMI ERNESTI, Prin-

cipis Anhaltini &c. eo ordine, quo Dei opt.

Max. benedictione in lucem edebantur, ad

imitationem narrationis & conclusio-

nis eiusdem septimæ Eclo-

gæ concinnata.

C I



Vsa, noster amor, & Salides, & mi-
hi Carmen,

Quale decet CHRISTVM, conce-
dite: namq; is Anhalto

Quot thalami flores dedit? AN-
NAM, Rex pie, primam

Das Hagne, primamq; datam fouet inclyta Briga.

Eut. Desnde Hagnen, terna vice Elyssam, moxq; ST-
BILLAM

Das Hagne: inuidia & rumpantur Et ilia Diti,

Dat Hagnen Christo, sua gaudia: Neccarus inde

Cum spreda exultant duce Elyssa, ipsaq; Sybilla.

Tha. Ascantia caput hoc gentis tibi, Anhalte, futurum

Latus habe, semper viuacis signaq; sedis.

Dux, si viuus erit, IOANNIS is atq; GEORGII

Nominũ erit memor, et benè nomen & omen habebit.

Melp. SERuum te CHRisti, pueresse manere quot

Expectare sat est, custos tu plebis & huius. (annis

Te MVNVS CHRISTI, te nunc accepimus, at tu

Si suam opem CHRISTVS supplebit, maximus esto.

C

Terps.

Anno

Christi.

ANNA

MARIA.

1561.

HAGNE.

1562.

ELISABE

tha.

1568.

SYBILLA.

1564.

IOHAN.

GEORG.

1567.

CHRIS

tianusi

1568.

B E R N I T E R P S: **BERNHARDI**, thymo nomen mihi dulcius
 hardus. Splendidusq; auro, gemma formosius aurea, (omni
 1571. Dum PATRuos sequitur, solutus tua dogmata **CHRISTE**
CHRISTE, tui tenet hunc dum cura, hunc ipse foueto.
A G N E S **ERA**. Immo Creatura Videor mihi tristior omni,
H E D V I Horridior brutis, **H A G N E S** nec nomine digna,
 ga. In sacra tingar nisi nunc baptismatis Unda:
 1573. Ite prophanantes hoc sacrum, ite, ite, lauacrum.
D O R O **P O L Y**. Excelli montes, tu Rhambe, & fortis Anhalte
 thea Cingitis & frutices hos qui, vestris bene **ANHALTO**
M A R I A **D O R O T H E A M** precibus defendite, quo, venit atq;
 1574. Huic vbi, tam lato vigeatis munere lati.
A V G V **V R A**. Hic amor auxiliump; fides, hic plurima vota
 stus. Semper, vbi casta mentes, vbi pignora lecti:
 1575. Hinc tantum **AVGVSTVS** curat nigra tela Draconis,
 Dux parvus, quantum torrentis flumina montes.
R O D O L **C A L L**. stant frutices lati, & conifera Cupressi,
 phus. Ac fiunt passim nato sua vota **RODOLPHO**:
 1576. Omnia latantur: Verum si paruulus hares
I O H A N **A G L**. Triste torus, dulci vacuus qui pignore, pignus
E R N E S. Atq; Draco sanctis tale inuidet: at **LVDOVICI**
 1578. Aduentu, **ERNESTI**q; nemus nostrum omne strebit
L V D O V I Ad nos & Christi descendet gratia ab alto.
 cus. 1579. **T H A L**. Massica vitifero felicia, Gargara culmis,
S A B I N A. Formosa Idalium Veneri, sua Dyndima Pabo:
 1580. Helionora foues casta dum mente **S A B I N A M**.
 Rite beatus erit Rhambus, gaudebit Anhaltus.
I o a c h i m u s **E V P H R**. Christophorumq; Annam & Sophiam dat
C H R I S T O Ultimo, **CHRISTE**,
 phorus, Munera, Christes tibi sacra Sacra tuog; Parenti.
 1582. At quia **C H R I S T O P H O R U S** moriens petit astra potentis.
A N N A Hunc cum matre Parens cedit tibi, **CHRISTE** benignus,
 sophia. Hos memini flores Christum concedere Anhalto,
 1584. **ERNESTO** Patre, matre Hagne, dein Helionora:
 Ex hoc Anhalto **CHRISTUS**q; est tempore **CHRISTUS**.

E C L O

ECLOGA VIII.
Luctus Anhaltinus.

Rhambus, Anhaltus.



Ploratus Rhambi, luctus & tristis ANHALTI,
Quos, Ducibus funesta arbor, mirata Cupressus
Lugentes: quorum stupefacta Glululibus Ulmi.

Et specubus sese genus abdidit omne ferarum.
Ploratus Rhambi, & luctus dicemus ANHALTI.
Tu Bernharde mihi, superas seu spicula mortis
Sine oram excelsi legis etheri: en ipse Princeps,
En erit ille dies, liceat mihi dicere facta
Qua tua, qualiceat tecum mihi ferre per astra
Carmina, tantum vni dignissima carmina CHRISTO
Incipio, Bernharde, tibi: tibi desino: mortem
Carminis plango tuam: Dux hanc sine funera circum
Inter Anhaltinos hederam tibi serpere montes.
Quadrupedis nondum nephelej cornua Titan
Attigerat, tristiq; aderant iam luce Calenda
Martij, vbi in vera CHRISTI pietate, fideq;
Bernhardus, Dux Ascania, Illustrissimus Heros,
Exhalans animam, CHRISTO sopitus in vno est.
Mox gemitus cumulans, Rhambus sic cepit opacus.
Phæbe, dole, caput obscura ferrugine obumbrat
Principis infaussto Bernhards funere motus,
Dum queror, atq; Ducem (quamuis nil fletibus illis
Proficuo, extremam post lugens alloquor horam.
Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
Bernhardus summumq; decus laudesq; loquentes
Semper habet, semper populorum ille audit honores,

G 2 Et

In obitum
Illustrissimi
Principis ac
Domini D.
Bernhardi
Principis
Anhaltini,
Comitis As-
scania &c
qui Deffauia
diem suum
in vera inuo-
catione Dei
obiit Cal.
Martija mee
post secun-
dam anno
Sal. 1570.

Rhambus.

Et Phœbi, primum quem non est passus inertem.
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 Laus huic Vera datur, cur non hanc demens amanti
 Musasq; patriamq; suam, populosq; sequaces.
 Utilia hic fecit nobis, auoq; sequenti,
 Digna Heroe viro, sapienti Principe digna.
 CHRISTE, tuum, coluit Verbum, tibi seruijt vni:
 CHRISTE, tuas arsit leges, haud duxit & ille
 Esse pium, iniusto qua semita plurima, calle
 Stare, irrisorum vel fœlcra tenere superba.
 CHySTE, foueto Duce, tibi Dux hic credidit vni.
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 O Duce digna pio, mundum dum despicias omnem,
 Dumq; ipsi est cordi pietas, CHristiq; ministri,
 Diuinumq; Euangelium, diuinamq; iussa.
 Nec curare DEum dubitat mortalia cuncta.
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 Urbibus in nostris plebs te equumq; bonumq;,
 Plebs pia testis erit, vidi cum fratre sonantem.
 Num dolus in pactis? Vetus num ceperat astus?
 Iniusta cades, periurias furta, rapina?
 Mox poteras mala tanta tuis expellere regnis,
 Vt malus & perijt dolus, & malus occidit error?
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 Magnus eras DVX consilio, generosus auitis
 Nominibus, clementia amans, & pacis auita,
 Et nostri generis fautor, Vatumq; Patronus.
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 Summus amor CHristi docuit te pectore Musas
 Amplecti Aonias, felices nos ita Musa.
 Felices Musa magis, an hic inclytus Heros?
 Inclytus hic HEROS, felices vos quoq; Musa.
 Incipe Anhaltinos mecum mea tibi a luctus.
 Pascua nunc omnis fugiat pecus, omine tristi,

Vota

Vota
 Cort
 Mox
 Inte
 Incr
 Om
 Dep
 DV
 Vuu
 Dej
 Hac
 Fer
 At
 O a
 Erg
 Vt
 Ex
 Di
 Fu
 Ill
 Fu
 M
 H
 A
 D
 A
 A
 I
 D
 R
 R
 D
 T
 S

Vota ferant quercus, suspiria duplicet Alnus.
Corticibus sudant lacrymas, fletusq; myrica:
Mox Glulenti Glula, tristes sint Rhambus, Anhaltusq;
Inter apros Rhambus sacer, Orso s inter Anhaltus.
Incipe Anhaltinos mecum mea tibia luctus.
Omnia maroris fiant plena, omnia Vestrum
Deplorate DVCEM, studio Vno dicite Sylva:
DVX MAGNE in terris, hinc vsq; per aethera magne.
Vive, Vale aeternum, Et postremum hoc munus habeto.
Desine Anhaltinos mecum mea tibia luctus.
Hac Rhambus: Musa vos qua iam fundet Anhaltus
Ferte: DVCI S laudes non dicere possumus omnesi
At medias inter lacrymas, suspiria Et inter, ANHA
O domus Ascania, tanti modus esto doloris.
Ergo age templa DEI venerare, Et thura fer aris,
Ut lugens luctu in medio solatia firma
Experiare DEI, non hic solatia desunt.
Dicite Bernardi pia funera, dicite Musa:
Funera non possunt casu euenisse beatis,
Illa sed eueniunt CHRISTO statuente beatis.
Funeribus scatet hic Orbis, dum stabit hic Orbis.
Mors quia peccati tristis tristissima merces.
Hoc DEV S hoc sanxit, quando primaevus Adamus
A Stygio in pratis captando fallitur Orbis.
Dicite Bernardi pia funera, dicite Musa.
Aeternum triplici distinctum numine NVMEN
Aestimant haud parvo pia funera: funera dextra
Ista sua inscripsit, sanctorum sanguine gaudet.
Dicite Bernardi pia funera, dicite Musa.
Redde DEO trino ternos, DVX mitis, honores,
Redde, DEO trino atq; Vni, disc, munia reddo.
Dicite Bernardi pia funera, dicite Musa.
Phœbus ut hic fulgescit, Et hac ut sidera fulgent,
Sic sancti in patrio fulgebunt culmine Patris. CHRI

CHRISTUS fons Vita est, DVX hic quoq; Vivit in ipso
Dicite Bernhardi pia funera dicite Musa.
Talis mors sancti, qualis cum forte Viator,
Per nemora incedens, pondusq; astumq; dies
Pertulit, ac fessus molli procumbit in herba.
Fronde super, fessos subito sopor irrigat artus.
Talis mors sancti, curarum certa medela.
Dicite Bernhardi pia funera, dicite Musa.
Corporis exuvias has nobis Conditor ipse
Olim restituet, quas nunc mandamus in ipso
Limine, terra, tibi: Verè Surgemus & olim.
Dicite BERNHARDI pia funera, dicite Musa.
Has Voces, atq; hac Verbo tibi condita dicta
Pagina sacra dedit, nascuntur plurima Verbo.
His quoq; te fortem fieri, ac emergere curis,
O domus Ascania, & durare in tempore duro,
Et tela ipsius par est contemnere mortis.
Fert laudes DVX ecce DEO, sanctaq; cohorti
Lunatus agit sacra: ne respexeris, his bene caelum
Ingressus, MVNDVM NIL, nil mortalia curat.
Dicite Bernhardi pia funera, dicite Musa.
Aspice nunc tada tristes, nunc funus ad aras
Ponuntur: dumq; ipse gemo, gemitusq; dolorq;
Exoritur: DVX ERNESTVS, cum Coniuge fratris.
Nobilissimq; chorus delubri in limine plorant.
Sistite ploratus, suspiria sistite, CHRISTVS
Extrema sub luce iterum vos iunget ouantet.
Credimus? an Vitam sperans tibi somnia fingit?
Parcite, mox viuet, mea carmina parcite, viuet.

E CLO?

ECLOGA IX.

Agnes.

Damon Mæris.

Da



Vid nam, Mari, doles? qua nam
suspiria in Urbe
Ducitis Arctopoli? mala qua? quid
pullus amictus?

Mæ

O Damon, tristes incedimus, in-
clyta nostri

(Quod sumus haud veriti) Ducis hoc sub tēpore Consors
Hæc linquens terrena, poli migravit ad astra.
Nunc tristes, animo quisquis suspiria versat,
Assumus ad cineres, communis ad ossa Parentis.
Audieram, Ascanti qua sese promere colles
Incipiunt, nitidumq; arcis demittere vultum
Vsq; ad aquas Sala, & nudata cacumina Sylva
Cuncta suis lacrymis vestram humectasse Parentem,
Hæc vita vna DVCIS nostri fuit, vna cura,
Vna quies, spes vna animi, solamen & vnum,
Huius fata dolet DVX, huius funera tantum
Ipse rigat lacrymis cara inter pignora, quantum
Casta gemit sylvis amisso compare Turtur.
Quod nisi Christus eum seruet, nisi pignora seruet,
Numine diuino, genitoris ab aethere misso,
Nec pia progenies, nec videret inclytus Heros.
Hei tantum Ascantia cecidit decus? heu tua nostra
Suggere, Christus, Duci solus solatia firma.
Heu tantum Ascantia perijt decus? heu perijisse
Quis, nisi mentis inops, male sano diceret ore?
Hei tantum Ascantia superest decus? hoc superesse
Credimus, vnanimesq; vno hoc simul ore fatemur
non obiit & non, immò abiit: pramissimus illam

C

A

Es

In obitum
Illustris.
& P. Prin-
cipis, H A-
gnes, Con-
iugis Illu-
stris Prin.
ac D. Do-
mini Ioan-
chimi Erne-
sti &c anno
1569.

Da.

Mæ.

Da.

Ex misera mundi Valle, haud amissurus illam
Ergò aliquis luctus modus esto, finis E esto
Certus: Mæri facis benè, quod pia funera desles
Principis erepta: S A R A E sic funus Abraham
Defleuit: mortem doluit sic patris Iacob
Rachlides: tamen esto modus maroris acerbi,
Arguit ille fidem, speimq; arguit ille futura
Vita, ubi sancta Trias erit omnia in omnibus Una
Quis maiestatem caneret? qui Vocibus Vllis
Splendorem exprimeret Vita, aternæq; Salutis?
Quis uè hominum mentes Verbis induceret Vllis,
Ut possint aliqua saltem ratione putare
Quas ad delicias euecta sit inclyta Princeps,
Et qua delegit fido sibi gaudia corde.
Mæri, breue est tempus, redeat dum Christus, ab hircis
Qui, ceu pastor oues, discernet corde maligna
A iustis,aget hosq; ad cælos, inter agendumq;
Occursare tibi hanc latanti mente Videbis.

Mæ. Tunc quoq;, qua Amosides Vates, pleno ore canebat
CHRISTE, tua agnetis (superesq; ea gloria nobis,
Gloria, mortali nimium inscrutabilis omni)
Ploratus cunctos absterges sindone molli.
Sic pia Tartareas fugient examina Valles,
Sic pia latitta potentur corda perenni.

Da. Tunc si quos habet hac tellus, emergere rursus
Incipient, seq; his CHRISTI ceu fida ministra
Adiunget Princeps, Voces atq; audiet istas:
Euigilate, DEO noua dicite Carmina, Princeps
Tu noua tu CHRISTO dic carmina te quoq; dicunt
I V S T A. Mæ cælicola, semper tu credula CHRISTO.
Non ego non Videor tantis iam dicere rebus
Digna, sed occultas blaso res eloquor ore.

Mæ. Hoc idem ago, at mecum CHRISTI pia iussa Volus
Horum cui meminisse placet, neq; munia tante
Cmine

Carmine ferre suo **C H R I S T O** est ignobile Carmen.
 Huc ades **AGNES**, quis nam tibi ludus in altis?
 Hic aeterna salus, hic pax, hic gaudia vera,
 Hic vita, hic bonitas, Varias hic limina circum
 Clara polus sedes habet: has servator **I E S U S**
 Tum tibi, tumq; alijs preciosa morte paravit.
 Hic **P A T R I S**, hic **N A T I**, **F L A T V S** hic regia sella,
 Hic sancti patres, hic flammea turba Tonantis,
 Sancti omnes sanctas texunt sancto omine voces.
 Huc ades, **AGNES**: tantus tibi ludus in altis?
 Huc ades, aetherei videas age gaudia catus.
 Quid non nē **AGNETEN** iam latū **O sanna** canentē **Da.**
 Audio? quod numeris meminisse, animoq; volebat,
 Rex **CHRISTE**, tibi, tecum quando astra subiret? **Ma.**
 Ecce **AGNES** superas astrorum suspicit arces:
AGNES agnovit donatum **vis** calitus **AGNUM**,
AGNES eiusdem sic limina possidet **AGNI**: **Da.**
AGNI, quo **Abramida** gaudent cum gentibus, **AGNI**
 Qui nos ad patrium rursus deducit **Olympum**,
 Inserta est cœlis **AGNES**, non a carmina **C H R I S T O**
AGNO fert **AGNES**: animam quia corpus **est** ipsum
 Orando **AGNETEN** memini **AGNO** huic tradere soli.
 Nunc oblita ipsi sunt cuncta pericula, mortem
 Nunc fugit ipsa, lupus nec, tristia **Tanquam** **tristi.**
 Latratu horrendo **scindet** in **lucem** **tristi.**
 Plenius tamen extrema sub luce videbo.
VIVENDO **AGNES**, hoc **SOLO** **VIVIS** in **AGNO**
 Et nunc tota domus tua in **AGNO** hoc floret, **est** omnes
 Aspice florebut nati vestri, atq; nepotes.
 Ad vitam media est huic mors **vita**, fata **suprema**
 Qui subit in **Domino**: mox nomen tempus in omne
 Incipit apparere eius, lux huic quoq; densis
 In tenebris surgit splendens, Verè ille beatus,
 Hic cesso, hic finem faciens, **est** **Incluta** **Princeps**.
 C 5 Hio

Hic calamos depono : tamen tua nomina dicam ,
 Ex Urna hac donec tua colligat ossa Redemptor ,
 Psallentes & ad astra feremur , ad astra feramur
 Psallentes , tristi DEVS hoc nos fasce lenabis.
 Desino plura : istas iterum lato omine dexteras
 Iungemus , caelo CHRISTVS cum venerit , illi
 Mutua vota iterum , cum venerit ipse , Canemus.

ECLOGA X.

IN OBITVM ILLV.

STRISSIMI ET PIENTISMI PRIN-

CIPIS AC DN. D. IOACHIMI ERNESTI,

Principis Anhaltini. &c. qui placide in Christo.

obdormiuit anno 1586, mense Decem-

bri, die 6. hora 8. Vesperis.



*H*uc etiam extremum mihi & conct^o
 de laborem,

CHRISTE Deus, qui grata probas, qui
 grata requiris

Pectora, qui vires gratis conatibus
 addis.

*P*auca Patria, sed qua gemat Ascania gens,
 Carmina sunt dicenda mihi: quis carmina, quis nam

Immo nemo neget Patria Patriq^{ue}, Duciq^{ue}:

Sic mihi, dum nunc fata subit sua maximus Heros,

Dis ingratum animum non intermisceat unquam.

Incipe, MUSA, Ducis meritos dicamus honores.

Dum nostra attingunt primis vix e carmina labras

Hos canimus grati, sunt grata e a carmina gratis.

Cur nemora, & saltus Rhambi, cur fortis Anhalti

Christi adum nunc fletus habet, tristisq^{ue} Vlutatus?

Nam

Nam non Parnassi iuga, non Heliconia tempe
Hisce moram faciunt, non Aonia Aganippa,
Principis Ascantia, summi Ducis insperata
Fata dolent, pia fata gemunt, flent tristia fata.
Illum etiam pinus fleuere, humilesq; myrica
Sponte sua illum etiam, fatali morte cadentem,
Fluuiorum Rex Albis, & inclyta flumina Sprede,
Ac Milda, atq; Sala fleuerunt ostia Patris.
Stat tumulos circum Clio, neq; panitet illam
Insignem pietate Ducem pietatis honore
Aeterno circundare, & has simul addere Voces.
Nec te paniteat, soboles, Virtutis auita:
Has sed opes opibus cunctis praponito, ouesq;
Cures hic pasci ad radices fortis Anhalti.
Venit & Uranie, Venere Thalia, Eratoq;
Melpomene venit, tragicos induta cothurnos,
Omnes casus is unde rogant, Patriaq; Parentem
Maiorum decus eximium, deflentq; dolentq;
Venit & Euterpe, venitq; Polymnia tristis,
Atq; illum, fuerit quam seruantissimus equi,
Iustitia, & pacis memorant: quo pectore Ciues
Arserit ipse, malis quam saepe & dixerit Ultro,
Turba, quid insans? lites tua cura maluma?
Nonne per hac Sathanã, et Stygis horrida castra sequeris?
Nonne Deum offendes? fugite & fugite hac mala Ciues.
Venit Terpsichore, pullo circundata amictu,
Nec molles Cytharas, & plectra sonantia pulsans.
Tristis Calliope venit, quam vidimus ipsi
Sanguin eis oculis, multo fletuq; rubentem.
Et quis erit, dicunt, modus & mors effera? sic ne
Sic ne Duces magnos curas? pia pectora curas.
Sic ne Dei confessores, CHRISTOq; dicantes
Exubias, animamq; suam, sua pignora curas?
Non fatum crudele genus, non nomina magna,
Non

Non probitas saturant, quin deuorat omnia fatum.
 Phœbus at ipse tamen cantare, & Salides, inquit,
 Montibus hac nostris cessate, & sistite fletus.
 Nam Patria patris nunc molliter ossa quiescunt,
 Mente pia summos, dum Christe, agnouit amores
 Atq; suam dum Christe, animam tibi tradidit vni,
 Teq; vno duce vicit inexorabile fatum.
 Atq; vtinam ex vobis cognosceret vna, vti princeps
 Hæres sit cali, Tradis sit cultor & alma.
 Certè siue tibi Daemon, siue obsit hic Orcus,
 Aut quicumq; hostis, (quid tam? si luridus Orcus,
 Et niger ipse Draco existat, sit & hostis acerbus,)
 Mox hostes inter felix, & tuta maneres,
 Atq; tibi Daemon vltro, tibi cederet Orcus.
 Hic æterna salus, vna hic solamina CHRISTVS,
 Hic pax, hic CHRISTO duce non perit vllus in auum.
 Nunc immensus amor, nunc suauè rubens latus ipsum
 Christi habet, atq; fouet, nunc patris viuit in vlnis.
 Nunc sanctos inter medium non detinet hostis.
 Nunc non visa videt Christo duce, talia & audit.
 Tu procul à patria (numen res ladere tanta.)
 O princeps vera, Lethæi regna Draconis
 Me sine vidisses: ab non te regna ea ladant?
 Quin cunctos homines glutissent aspera regna.
 At nunc, quæ merito, quæ sunt tibi condita nostro
 Gaudia, cum sanctis mirare Parentis in aula.
 Certum est in cælis, inter catusq; piorum
 Esse, FIDEM MISSO quisquis MIHI gestis habere:
 Sic sancti crescunt, sic regnaq; patria crescunt.
 Ecce tuis mistus digna potière Corona,
 Aut viuus narrabis opes, & nomina nostra
 Aeternum: non te viuum vis vlla vetabit
 A facie ad faciem dios cognoscere vultus.
 Iam tibi per sordes, fletuq; videris acerbos


Isse,

Isse, libet lacrymas caelesti sindone cunctas
 Tergere, sit sanguis tanti medicina laboris
 Hic meus, hoc Vestris volui succurrere rebus.
 Iam tibi nec mundus rursus, nec munera mundi
 Ipsa placent, ipsa, o dic cedite munera mundi.
 Non hominum quia tot casus lentre potestis,
 Nec si temporibus durisq, cruciq, uacatis,
 Nec si cum linquit morientes spiritus, agri
 Versetis sub agone nigra necis: Omnia noster
 Vincit amor, felix nostro qui cedit amori.
 Hac sat erit, Musa, patria cecinisse Parentem,
 Dum sedet, & caelo nunc visuus adorat Iesum,
 Vnius auspicio cuius bene viuit in auum.
 Vos haco Patria fecistis paruula Patri:
 P A T R I, cuius amor vobis fas crescere tantum,
 Quantum magnus erat Princeps, Vesterq, Patronus
 Surgamus, solet & fieri bene quod tumultatis.
 Dicite: Viue Pater patria, bene viue, quiesce
 Molliter, o tibi nunc nardum, thus spiret & Vrna.
 Ite domum, patria viuit P A T E R, ite Camæna.

F I N I S.







Q 3940

i

ULB Halle 3
004 953 606



TA-06

m



du amano

u. Cu mo.

ad me ut qu



